



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 215. De manso tradito in Desburg in pago Hessi Saxonico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
854 vique
877 re-
gnante
Hludo-
uico et

§. 215.

Tradidit brunuardus pro filio suo mansum unum cum familia in *desburg* (G) testef balding haoldus.

§. 216.

Tradidit uigfuit in *hummi* (H) et in *cabriki* (I) quidquid ibi habuit testef bardo (K) dudo baddo gharuardus hauuardus.

§. 217.

bet, af duffe Syd der *leynen*, wor dat gud gelegen is, twiffchen *lewensteyne* un *Grene* un *Zomborch* un *Atuelde* un *Gronowe*, Sende wy iuk up in duffeme breue by twen iuwen mannen, alle recht is, un biddet iuk, dat gy darmede belenen den eddelman Jukh'n *Syuerde herren to Zomborch* un sine rechtē eruen, wanne ghi dat ghedan heb- bet, So do wy un use rechtē eruen alle duffes vorfcreuē gudes ene rechte vorticht. To betuginge alle duffes vorfcreuen dinghes hebbe wy duffen breff befegelt myt ufem ingefegele. un ek *diderik Zake* un *Lippolt van dem werdere* knapen bekennet un betuget in duffeme fuluē breue, de befegelt is myt ufem ingefegeln, dat wy dor bede willn *Zen Albrehtes* un *Befeken* geheten *van Rottingen* vorbenomet duffes bōden sint un bringhet iuk alle dat vorbenomede gud up van orer un orer rechten eruen weggen. un is gefchen na godes Bord ufes heren dufent jar drehundert iar in deme vif un feftigeften Jare in der hillighen Apo- stole Daghe Symonis et Jude.

Plura desiderantem ablegamus ad clientelam nostram Corbeiensem. Sed cuius limes fuit, tandem quaeris, *marcus Aringbo*? Respondemus: Angariae. Sed cuius? Respondemus: orientalis.

De villa
Desburg.

(G) *Desburg* villa erat in pago *Hessi Saxonico*, teste Registro nostro, probe autem distinguenda a castrō *Desenberg*. Tam villa quam castrum reperiuntur in episcopatu *Paderbornensi*, atque illa hodie appellatur *Dasborg*. Visenda est haud procul ab oppido *Borgentricke* tam maior quam minor *Dasborga*. In viroque vico sunt abbatiae nostrae bona sua. Incertum ergo erit, locus vter intelligatur. Iacet autem vicus *Dasborg*, quasi ad radices altissimi montis, in quo castrum *Desenberg* conspicitur, quod olim ad iura *Heinrici Leonis Saxoniae et Bauariae ducis*, et ad *Paderbornensem ac Corbeiensem ecclesias* spectauit, hodie vero est dominorum *de Spiegel*, qui se in quatuor diuidunt ramos, nempe in dominos *de Spiegel* ex *Desenberg*, ex *Rotenburg*, ex *Klingenberg* atque ex *Oebelguene*. Horum singulae progenies rursus suas norunt familias. *Briunwardum* qui in villa *Desburg* quadam tradidit, atque *Haoldum*, qui inter testes apparet, ad stirpem *Brunonianam* supra §. 104 retulimus, neque in eo errasse nos arbitramur, siquidem, extincta *Haoldi* et *Brunwardi* progenie, bona in eadem regione in manus peruenere *Leonis*, qui ex eadem stirpe per feminas descendebat, vti l. c. ostendimus.

De villa
Hummi.

(H) *Hummi* villa erat in eodem pago *Hessi Saxonico*, vti apparet ex antiquissimo Registro bonorum abbatiae *Corbeiensis*. Intelligitur ergo procul dubio villa *Humme* in praefectura *Drengelborg*, subiecta iurisdictioni serenissimorum dominorum *Landgrauiorum Hassio-Casselanorum*. Cuiusnam vero stirpis fuerit *Wigfuit*, quae in villa *Hummi* bona sua donauit, res altioris est indaginis. Iam supra §. 171 deprehendimus eandem *Wigfuit*, dantem aliquid in villa *Bardonus* obnium, intra pagum *Suilbergi*. Ex quo momento colligi poterit, eandem fuisse coniugem cuiusdam domini, e progenitoribus comitum *Northeimensium* et *Dasselien- sium* procreati. Eandem opinionem confirmat villa *Hummi* in pago *Hessi Saxonico*. Vidimus enim iam supra §. 33. not. (v) et §. 104 not. (1) dominum quendam